CATALOGUS

SIMPLICIUM PHARMACORUM

MUSEI MATERIAE MEDICAE

IN REGIA STUDIORUM UNIVERSITATE

All' Eccellentissimo
Sig.r Fox Strangways
Segretario della Legazione
Britannica in Napoli

che lo da in segno di somma stima
alla bibl. Rad.

in segno di ammirazione, e
di somma stima

L'Autore

CATALOGUS

SIMPLICIUM PHARMACORUM

MUSEI MATERIAE MEDICAE

IN REGIA STUDIORUM UNIVERSITATE

AD USUM MEDICAE JUVENTUTIS.

DE REGNO VEGETABILI.

Pestis est aegroto medicus naturam simplicium ignorans,
DIOSCOR.

NEAPOLI
Ex Officina Bibliographica et Typographica
M. DCCC. XXV.

EXCELLENTISSIMO VIRO

LUDOVICO WINCESLAO LOFFREDO

CARDITI PRINCIPI MONTISFORTIS MARCHIONI

ORDINIS S. JANUARII EQUITI

FRANCISCI I. P. F. A.

CUBICULARIO

ET A SANCTIORIBUS CONSILIIS

Collegiique XXIV virum de Regni negotiis Consulentium Praesidi etc. etc.

Praestantissime Domine

Edituro mihi in publicam lucem κατάλογον simplicium pharmacorum, quae in Museo Materiae medicae hujus Regiae Studiorum Universitatis asservantur (quod negotii a meo parente fuit mihi demandatum, qui Regio jussu ab anno 1819 ad hoc opus ordinandum atque absolvendum constitutus fuit), ingrati animi nota merito inurenda foret,

nisi hoc qualecumque opusculum Tuo nomini dicaretur. Hoc enim pacto non modo beneficiorum Tuorum memoria in animo meo minime obliterata videbitur, verum etiam, quantam curam in hujusmodi cimelii incrementum, et ornatum ipse contuleris, perpetua recordatione ad posteros traducetur.

Re sane vera Tibi sapientissimo viro vix publicae instructionis regimini statuto, meus pater, qui pluribus abhinc annis huic Museo operam navare ceperat, quo medicae arti inserviret, multa in eo desiderari, ut bono in posterum usui foret, exposuit; Teque, ut huic inopiae obviam ires, precatus est. Tuo tum judicio, quantam utilitatem res prae se ferret, expendens, non modo suae sententiae adhaesisti, verum etiam pro tua humanitate, et publici boni studio, illud opus absolvendi curam ei credidisti. Hinc eidem per Te data facultas est, ut locus et novis auctibus pateret, et ad meliorem elegantioremque formam veniret. Nullis autem Tu sumptibus parcens, ad ipsum locupletandum omnigenis rebus hanc scientiam spectantibus dux atque

hortator fuisti, quo nihil tantae medicae disciplinae parti deesset: Tuo suffragio demum, Regia potestate probato, est factum, ut paterni laboris, muherisque ego Adjutor cooptarer, praesertim in hoc ipso κατχλογω exarando, quem Tuo Nomine praefulgentem nemo non commendabit.

Cum porro quae pars vegetabilia complectitur (nam de animalibus ac mineralibus alio loco), jam ad manum sit, hanc mihi libuit tanquam in antecessum exhibere, ac veluti quandam symbolam dare, ut modo, cl. Vir, experiaris utrum tuis votis respondeant hi mei litterarii labores; qui si quid ingenii ostendant, hoc Tibi laudi totum vertendum, cum ad hanc rem aggrediendam mihi stimulum, ac calcar addideris. Itaque si quid otii a tuis gravibus curis Tibi supersit, mente oculisque percurras oro atque obtestor, quidquid indigeni ac exotici vel rarioris ad rem medicam pertinens in hoc Museo continetur, et tum parentis, tum nati mutuos labores benigne, uti tuus est mos, excipias, Tibi multis nominibus debitos; ut sicuti totum hoc opusculum tui juris est, ita quoque mei cultus in Te cer-

tum argumentum se sistat. Tibique perennem felicitatem, ac incolumitatem ex animo nunciet.

Dabam Neapoli

Ex Museo Kal. Octobris A. R. S. 1825.

Obsequentissimus, atque addictissimus
FRANCISCUS BRIGANTIUS.

BENEVOLO LECTORI.

Cum ad constituendum Materiae medicae Museum in hoc Regio Athenaeo, non parum laboris ac diligentiae contulerim una cum meo parente (quod jampridem ab eodem fuerat inchoatum); cumque ab anno 1821 Regia Auctoritate, illi Adjutor fuerim datus, non est, candide lector, cur mireris, si hunc Catalogum tibi exhibeam, in quo indigena ac exotica, et quae sunt rariora significavi; ut, quidquid

. . . apis Matinae
More, modoque,

per nos medicae juventutis commoda prospicientes fuerit collectum, minime ignoretur.

Hoc igitur labore amplam *simplicium* ac *praeparatorum* Regni vegetabilis enumerationem tibi offero; cum haec pars, nisi me fallit opinio, ad umbilicum prius sit perducta, quam ea, quae ad animalia ac mineralia ad artem medicam etiam respicientia, pertinet; quae alius subsequens catalogus propediem tuis oculis, lector, sistet.

Antequam vero ad haec pharmaca enumeranda veniam, e re sum arbitratus aliqua praemonere de ratione, quam sum persequutus in hujus catalogi ordine, et methodo a meo parente in eorum optione et situ praestituta. Neque id aliter melius fieri posse putavi, quam si hunc laborem in duos

diversos indices dispescerem, qui licet eadem contineant, de modo tamen inter se discrepant; idque vero ratus sum magis studiosae juventutis commodo cedere, unde facilis et expedita fuisset res in titulis *simplicium* inquirendis. Primus quidem pharmaca praefert iuxta partes a medica scientia requisitas, et in Museo distributas, in quo est alia subdivisio, prout earum qualitates poscunt; quod hic fieri minime potuit, ut pro iisdem substantiis alphabeticus ordo maneret. Alterum indicem ad instar tabulae comparavi, in tribus columnis complectentem pharmacorum *simplicium* ac *praeparatorum* nomina, eadem superiori methodo digesta, ab opere cl. Murray, cui titulus: *Apparatus medicaminum* etc., necnon ab aliis pharmacopoeis ac posterioribus scriptoribus mutuata; ad quae accedunt vocabula botanica et partium plantarum, quibus utitur ars medica. Inter eadem sunt etiam *praeparata*; hac tamen lege, ut sequantur semper partes, e quibus eliciuntur. Hac dispositione fit, ut cognito officinali nomine, statim intelligatur cuinam plantae hoc respondeat, quaenam ejus pars in Medicinae sit usu, et quae sint *praeparata* ab eadem collecta.

Heic vero non est reticendum complura nomina remediorum esse erronea, quod minime veram substantiae naturam, ac plantarum partem prorsus ostendant, uti *gummi* pro *resina*, *fructus* pro *seminibus*, *radices* pro *bulbis*, rel.; at ne ista inverterem in officinis, et medicis praescriptionibus jam recepta (quod optabilius procul du-

bio esset) , hinc veram denominationem plantarum substantias aut pártes exprimentem, per parentheses sejunctam, eis adnectere sategi.

Hisce vero jam recensitis vocabulis officinalibus addidi etiam eorum synonyma typis obliquis distincta, et proprio studio collecta: cum ad hanc rem varias pharmacopoeas ac auctores consuluissem; ut patefiat, quae sit ea substantia tot vocibus significata. Eandem methodum retinui in plantarum nominibus botanicis indicandis, praemisso tamen illo a Linnaeo indito, quo nihil frequentius apud Materiae medicae et pharmacevticae scriptores. Specierum autem, quae apud laudatum auctorem non inveniuntur, praebentium etiam substantias medicinales, nomenclaturam a cl. Persoonio (*Synops. plantar. seu Enchiridium botanicum*, Parisiis 1805.), vel ab aliis scriptoribus deprompsi; atque idipsum exsequi mihi curae fuit de pharmacis, quae neoterici docuerunt venire a stirpibus diversis ab illis per Linnaeum relatis.

Aliquas insuper adnotationes, ubi se dedit occasio, de industria inferius subjeci, nonnulla pharmaca illustrandi gratia, aut aliquas plantas a nostris utiliter usitatas, et nondum in pharmacopoeas introductas; tum vero ut commemorarem ea simplicia, quae in officinis occurrunt, de quibus apud auctores, quod sciam, altum silentium. Nec abs re etiam existimavi nonnullarum stirpium partes adnotare, quae aut inscitia, aut dolo tanquam officinales a nostris herbariis venditantur; ita flores

Seriolae aethnensis pro floribus *Arnicae montanae*, radix *Polygoni avicularis* pro radice *Polygalae vulgaris* , etc. : ac simul duplici asterisco * * distinguere curae fuit omnes exoticas stirpes, praeter illas in nostris hortis hospitantes, quae unico * sunt notatae , nam indigenae nullo signo occurrunt: ut sciatur quid sponte , quid cultum apud nos proveniat , et quaenam pharmaca a dissitis terris advehuntur.

Quod autem ad medicaminum dispositionem , attinet , haec totidem armariis reservantur , praeseferentibus , praeter ordinis numerum , επιγραφην , ut Radices , Cortices , Ligna , etc. nomen scilicet illarum partium plantarum signante , quae in eis insunt. Unaquaeque vero substantia aut ligneis capsulis , aut crystallinis vasculis concluditur, ubi praecipue asservantur odoribus scatentes; ne alia aliam inficiat. Singula vasa illius pharmaci , quod custodiunt, nominis officinalis titulo antice sunt condecorata. His vero dicto nomine carentibus ea , quae in commercii usu obtinent, succedunt.

Porro in *simplicibus* colligendis non solum provisum est, ut vera selectioraque haberentur, sed etiam vilia, et illa aut vitiosa aut factitia ; ut eorundem collatione discat canditatus , quidnam sit in medicina optandum, quidve rejiciendum . Stirpium vero partes , quarum anceps nomen , aut affinitas cum iis medicinae inservientibus confusionem gignere possent , in eadem serie sunt locatae ; semper tamen pone officinales , cum quibus eis est analogia ; ne

erroneae pro veris accipiantur, quod tristi experientia frequenter fieri comperimus.

Idem etiam in siccarum plantarum partitione observatum est; nam quo facilior fieret juvenibus se Medicinae ac Pharmaciae studio mancipantibus stirpium officinalium necessaria notitia, pharmacorum census auctus fuit absolutissimo herbario, *Florae medicae* nomine, juxta sexualem methodum Linnaeanam tributo; complectente et plantas officinales indigenas, et exoticas in nostris hortis cultas. Inter has etiam inveniuntur tum *delateriae*, tum *esculentae*, cum medicum non solum scire, quae prosint, sed quae noceant, deceat; quod praesertim de postremis dicendum aegrotorum diaetae inservientibus, cum ignorari nequeat, quam haec pars *sit* scitu necessaria iis, qui artem salutarem recte profiteri volunt. Hinc non sine caussa merito fuit consultum, ut in singulorum pharmacorum historia noscatur planta, e qua elicitur ea medicinalis pars. Illas porro stirpes, quae nullo pacto in nostris terris venire possunt, et quarum aliquae partes in medicaminum copia ab extremis oris ad nos adveniunt, ne quid in earum historiae notitia desideraretur, non abs re sum arbitratus, partim vividis coloribus in tabulis fucari, partim cera effingi, quae vasculis vitreis serventur, et anaclyptis aeneo auroque colore variis super stylobatis sitae sint, quos alternare cum armariis libitum est: in quorum medio cl. Viri, nostrae patriae decoris, hermes erigendus erit, ad cujus basin

ejus nomen ita inscribendum: BARTHOLOMAEUS MARANTA VENUSINUS, IN COGNOSCENDORUM SIMPLICIUM METHODO PRIMUS: quae omnia quidem et scientiae et loco lumen ac elegantiam adjungunt.

Eadem cera, nec certe absque praevio consilio, quaedam alia objecta exprimi necessarium visum est (quae initiali littera F, sc. *factitia*, in indice signantur), uti *fructus*, *fungi*, caeteraque hujusmodi; nam diu integra servari nullo modo possunt, quippe quae aut corrupta evaderent, aut exsiccata pristinam formam minime retinerent, ut quotidianis practicis praelectionibus ob oculos haberentur, et studiosae juventuti praesto omni tempore forent, quae quidem ex naturali penu ad medicum usum in qualibet anni aetate seligenda sunt. Ita sane futurum spero, ut omnes eliminentur in hac re errores, quorum late patet amplitudo; ac difficultates tollantur, quae multum negotii imperitis certe facesserent, non parvo misere aegrotantium detrimento.

Illud tandem dicendum mihi superest, scilicet, si in concinnando hoc catalogo longius progressus sim, id sane factum, ut non solum, quae in Museo congesta sunt, proferrem; sed potissimum ut se huic disciplinae traditis *Enchiridion pharmacologicum* praeberem, quo facilius possit huic κατα πραξιν studio operam navare. Modo igitur habes, benevole Lector, hunc laborem veluti specimen quoddam, et primitias meae industriae; quod si DEUS faverit, quantum ingenii mei vires patientur, animalium ac mineralium etiam enumerationem tibi exponere conabor.

REGNUM VEGETABILE.

Simplicia ac praeparata pharmaca juxta partes stirpium medicinae inservientes, et prout in Museo extant, dispertita. Nomina vero eorum sunt eadem ac officinarum, et ubi pharmaca hisce carent, vulgaria, nempe illa in commercio usitata, succedunt.

I. RADICES.

Radix

1. Absynthii vulgaris.
2. Acaciae nostratis, s. *Pruni sylvestris*, Ph. Ed. et Lond.
3. Acanthi.
4. Acetosae.
5. . . . hispanicae.
6. Acori veri, s. *Calami aromatici indici.*
7. . . . vulgaris.
8. . . . palustris. s. *Iridis palustris.*
9. Actaeae. (*a*)
10. Alchemillae.
11. Alkannae spuriae.
12. . . . . verae, s. *orientalis.*
13. Aloës americanae.
14. Althaeae.
15. Angelicae sativae.
16. . . . . sylvestris.
17. Anthorae.
18. Ari.
19. Aristolochiae fabaceae.
20. . . . longae.
21. . . . rotundae. s. *Colombae nostratis.*
22. . . . vulgaris, s. *tenuis*
23. Armoraciae, s. *Raphani rusticani.*
24. Arnicae.
25. Artemisiae vulgaris.
26. Arthanitae, s. *Cyclaminis.*

(*a*) Haec radix uti ea *Hellebori nigri* suppar apud nonnullos scriptores habetur; sed non adhuc officinis nostris innotuit.

27. Arundinis montanae.
28. . . . phragmit.
29. Asari.
30. Asparagi.
31. Asphodeli (rectius *tubera*).
32. Barbae hirci, s. *Tragopogi.*
33. Bardanae.
34. Behen rubri.
35. Belladonnae.
36. Berberis.
37. Bistortae.
Brassicae marinae (Vid. num. 164.)
38. Britannicae herbae.
39. Brusci, s. *Rusci.*
40. Bryoniae.
41. Calagualae.
Calami aromatici (Vid. num. 6.)
Calombae (Vid. n 52.)
42. Capparis.
43. Carlinae, s. *Cardopatiae.*
44. . . . . sylvestris.
45. Caryophyllatae.
46. Centaurii majoris.
47. Chelidonii majoris.
48. . . . . minoris.
49. Chinae.
. . *α.* in taleolas.
50. Cichorei.
51. Colchici (*bulbus*).
52. Colombae, s. *Calombae.* (*a*)
. . . *nostratis* (V.n.21.)
53. Consolidae majoris, s. *Symphyti.*
54. Contrayervae orientalis.
55. . . . nostratis.
56. Costi arabici dulcis.
. . *α.* amari.
57. Cucumeris asinini.
58. Curcumae longae.
59. . . . rotundae.
Cyclaminis (Vid. n.26.)
60. Cyperi esculenti (potius *tubera*).
61. . . . longi, s. *odorati.*
62. . . . rotundi (*tubera*).
63. Dentariae majoris.
64. Dentillariae, s. *Dentariae minoris.*
65. Dictamni albi, s. *Fraxinellae.*
66. Dulcamarae.
67. Ebuli.

(*a*) Nostri herbarii vendunt radicem, etiam in frustis planis, *Aristolochiae rotundae* sub nomine *Colombae nostratis.*

68. Enulae campanae.
69. Eryngii.
70. Esulae majoris.
71. . . . minoris
72. Eupatorii.
73. Fabae crassae, s. *Telephii.*
74. Farfarae, s. *Tussilaginis.*
75. Filipendulae, s. *Saxifragae rubrae* (rectius *tubera*).
76. Filicis foeminae.
77. . . . maris.
78. Foeniculi.
79. Fragariae.
Fraxinellae (Vid. n. 65.)
80. Galangae majoris.
. . . . *a.* minoris.
81. Gentianae albae.
82. . . . . majoris, s. *rubrae.*
83. Gentianellae.
84. Gei rivalis.
85. Ginseng.
Glycyrrhizae (Vid. n. 106)
86. Graminis.
87. Gratiolae.
88. Hellebori albi, s. *Veratri.*
89. . . . . foetidi, s. *Helleborastri*, Ph. Paris.
90. . . . . nigri, s. *Melampodii.*
91. . . . . viridis.
92. Hermodactyli (*bulb.*)
Hirundinariae (V. n. 179)
93. Hydrolapathi.
94. Hyoscyami.
95. Jalapae, *Jalappae*, s. *Mechoacannae nigrae.*
96. Imperatoriae.
97. Ipecacuanhae fuscae, s. *Brasiliensis.*
α. fibrarum expers (vulgo *Vomitivo scelto*).
β. cum fibris (vulg. *Vomitivo in sorte*).
98. . . . . griseae, s. *luteae* (vulg. *Pasta rossa*).
99. . . . . albae, s. *spuriae* (vulg. *Vomit. falso*).
100. Iridis florentinae, s. *Ireos.*
101. . . . germanicae, s. *nostratis*;
. . . *palustris* (V. n. 8.)
102. Lapathi acuti, s. *Oxylapathi*, Ph. Ed.
103. . . . . sanguinei.
104. Levistici.
105. Lilii albi (*bulbus*).
106. Liquiritiae, s. *Glycyrrhizae.*
107. Lobeliae.
108. Lycopi europaei.

109. Lysimachiae purpureae.
110. Malvae vulgaris.
111. Mandragorae.
112. Mechoacannae albae, s. *Rhabarbari indici*, *vel albi*. (*a*)
. . . *nigrae* (V. n 95.)
113. Mei athamantici, Ph. Lond. vulgo *Meu*.
Melampodii (V. n. 90.)
114. Mezerei.
115. Nardi, s. *Spicae indicae*, *vel Spicae Nardi*.
. . . *celticae* (V. n. 165.)
116. Nymphaeae albae, s. *Nenuphar* Arab.
117. . . . . luteae.
118. Ononidis, s. *Restae bovis*.
Orchidis (Vid. n. 149.)
119. Oreoselini.
120. Osmundae.
Oxylapathi (Vid. n. 102.)
121. Paeoniae.
122. Pareirae bravae.
123. Paridis.
124. Pentaphylli.
125. Petasitidis.
126. Petroselini.
127. Peucedani.
Phu (Vid. n. 174.)
128. Phytolaccae.
129. Pimpinellae albae.
130. . . . italicae.
131. . . . nigrae.
132. Plantaginis majoris, s. *P. latifoliae*.
133. . . . minoris *veterum*.
134. Polygalae amarae.
135. . . . virginianae, s. *Senegae*.
136. . . . vulgaris. (*b*)
137. Polypodii, vel *Polyp. quercini* (si quercui inhaeret).
138. Primulae veris.
Pruni sylvesris (Vid. n. 2.)
139. Ptarmicae.
140. Pyrethri.

(*a*) Saepe inter hujus radicis taleolas fraudolenter mercatores illas *Bryoniae* etiam miscent, quae tamen ob amaritiem facile distinguuntur.

(*b*) Nostri herbarii pro hac radice illam *Polygoni avicularis*, uti etiam *Gypsophilae saxifragae*, ac *Thesii linophylli* imperite vendunt.

141. Quassiae (*a*).
142. Ranunculi bulbosi (*tubera.*)
Raphani rusticani (V. n. 23.)
143. Rathaniae.
Restae bovis(V.n.118.)
Rhabarbari albi, vel *indici* (Vid. n.112.)
144. . . . Chinensis.
145. . . . monachorum.
. . . *pauperum* (Vid. n. 169.)
146. . . . Sibirici.
147. Rhapontici.
148. Rubiae tinctorum.
Rusci (Vid. n. 39.)
149. Salep, *Salab*, s. *Saleb*, vel *Orchidis* (*bulb.*)
150. Salsae nostratis (vulg. *Salsa paesana.*)
151. Salsaparillae, s. *Sarsaparillae.*
α. una cum radiculis (vulg. *Salsapariglia grezza.*)
β. absque radiculis (vulg. *Salsapariglia preparata.*)
Haec pro sua diversa crassitie a myropolis dicitur.
γ. Fiorettone.
δ. Fioretto.
ε. Fiorettino.
. . *Calabrae* (Vid. n. 164.)
152. . . germanicae (vulg. *Salsapariglia tedesca.*)
153. . . Honduras (vulg. *Salsapariglia di Honduras.*)
154. . . sylvestris (vulg. *Salsapariglia selvaggia.*)
155. Saponariae.
Sarsaparillae (Vid.n. 151.)
156 Satyrii (*bulb.*)
157. Saxifragae albae (rad. *granulosa.*)
. . . *rubrae* (V.n.75.)
158. Scillae, s. *Squillae* (*bulbus.*)
α. praeparatae.
159. Scorzonerae.
160. Scrophulariae vulgaris, vel. Scroph. *foetidae* (rad. *tuberosa.*)
Senegae (Vid.n.135.)

(*a*) Hujus plantae radix efficacior est ligno; sed non facile in nostris officinis reperitur.

161. Serpentariae virginianae.
162. Sigilli Salomonis.
163. Sileris montani.
164. Soldanellae, s. *Brassicae marinae* Ph. Edin. vel *Salsaparillae calabrae* vulg. (*a*).
165. Spicae celticae, s. *Nardi Celticae*.
. . . *indicae*, (V.n. 115.)
166. Spigeliae marilandicae.
167. Struthii.
Symphyti (Vid.n.53.)
Telephii (Vid.n. 73.)
168. Taraxaci.
169. Thalictri, s. *Rhabarbari pauperum*.
170. Thapsiae.
Tragopogi (Vid.n.32.)
171. Tormentillae (*b*).
172. Turpethi, s. *Turbith*.(*c*)
Tussilaginis(Vid.num. 74.)
173. Urticae majoris.
174. Valerianae majoris, s. *Phu*.
175. . . minoris, s. *sylvestris*.
Veratri albi(Vid.n.88.)
176. Verbasci.
177. Victorialis longae (*bulbus*.)
178. . . . rotundae .
179. Vincetoxici, s. *Hirundinariae*.
180. Violae, s. *Violariae*
181. . . . caninae.
182. Viticellae *vulg*.
183. Zedoariae longae(*tuber*.)
184. . . . rotundae (*tuber*.)
185. Zingiberis albi.
a. nigri (rad. *tuberosa*.)

(*a*) In ulterioris Calabriae et Siciliae pharmacopoliis hujus speciei radix verae *Salsaparillae* substituitur.

(*b*) Herbarii apud nos pro radice Tormentillae *Geranii striati* radicem, in nostris montibus nascentis, venditant.

(*c*) Pro Turpetho officinali nostri rhizotomi acrem radicem speciei *Euphorbiae* sub vernaculo nomine *Cordone di S. Francesco* vendunt.

II. CORTICES.

A. CORT. RADICUM.

Cort. radicis

186. Berberis (*a*).
187. Calcitrapae.
188. Capparis.
189. Esulae majoris.
190. . . . minoris.
191. Granati (*b*).
192. Mori.
193. Quassiae.
194. Simarubae (*c*).

B. CORT. TRUNC. ET RAMOR.

Cortex

195. Acaciae nostratis.
196. Alni.
197. . . cordifoliae, *Tenor.* (*d*)
198. Angusturae.
199. . . spuriae.
200. Betulae.
201. Canellae albae *vulg.*, s. cort. *Winteranus spurius*, Cartheus.
202. . . . Alexandrinae (*e*).

(*a*) Etiam ramorum cortex pro medico usu adhibetur.

(*b*) Hic radicis cortex, ab oblivionis silentio excitatus, hodie apud nos, uti antiquitus, valde efficax contra Taeniam habetur. Corn. Celsus (*de Medicina lib. IV. cap. XVII.*) tenues radiculas hujuscemodi *Mali punici*, ac *Mori* radicis corticem pro eodem scopo proponit.

(*c*) Hic cortex non solum ex radice, verum etiam ex trunco vel ramis *Quassiae Simarubae* deglubitur.

(*d*) Vid. *Atti della Reale Accademia delle Scienze di Napoli. Vol. II.*

(*e*) Apud aromatarios prostat etiam hic cortex, sed propter qualitates est longe inferior vero *Cinnamomo*.

203. . . malabaricae, s. *sylvestris.*

. . . *officinarum*, Casp. Bauh. (Vid. n. 233.)

. . . *sylvestris.* (Vid. n. 203.)

204. Cascarillae, s. *Eleutheriae cort.* Ph. Lon.

205. Cassiae caryophyllatae.

206. . . . . ligneae, s. *Xylocassiae.*

α. colore dilute ferrugineo.

207. Chinae, s. *Chinchinae*, vel *cortex Peruvianus* (vulg. *China Peruviana sopraffina, o Peruviana fosca.*)

208. . . . albae (*Ch. bianca* di Zea.)

209. . . . bicoloris (*Ch. bicolorata* di Brera.)

210. . . . Brasiliensis, *Willd.* (*Ch. Brasiliana.*)

211. . . . Calisayae (*Ch. Calisaja*) (*a*).

212. . . . Carthagenae (*Ch. di Cartagena.*)

213. . . . griseae (*Ch. griggia di Lima.*)

114. . . . Huanuci (*Ch. Guanucco, o Vanucco.*)

215. . . . levis, s. *glabrae R.*

216. . . . luteae (*Ch. gialla fina, regia, o gialla in stiappe.*)

217. . . (*Ch. gialla sfilacciosa, fibrosa, o filosa di Cartagena.*)

218. . . (*Ch. gialla dura, o soda di Cartagena.*)

219. . . (*Ch. gialla molle, o gentile*).

220. . . . officinalis, Linn. s. *Condamineae*, Humbold (*Ch. di Loxa, di Loja* de'Spagnuoli.)

221. . . rubrae (*Ch. rossa di Santa-Fé.*)

222. . . pseudo-rubrae (*Ch. rossa falsa, o sfilacciosa*).

223. . . pseudo-peruvianae. (*Ch. Peruv. falsa.*)

224. . . tenuis (*Ch. delicata, gentile, o irsuta.*)

Aliae *Chinae* species cum tantummodo nominibus,

(*a*) Animadvertendum est varias *Chinae* differentias sub hac denominatione in commercio venire.

quae in mercaturam veniunt, distinctae, nempe

225. *China Corona di prima sorte.*

226. *Ch. Corona di seconda sorte.*

227. *Ch. della Nova-Selva.*

228. *Ch. ranciata, o Nitida* di Ruiz.

229. *China fina di Spagna.*

230. *Ch. di Monteleone.*

231. *Ch. Corteccione.*

232. *Ch. Taccone.*

233. Cinnamomi, s. *Canellae officinarum*, C. B.

234. Culilawan.

235. Ebuli (*cort. interior.*)

Eleutheriae(V.n.204.)

236. Fagi (*cort. interior.*)

237. Frangulae (*cort. integer, et medius.*)

238. Fraxini.

Garou. } (Vid.n.255.)
Gnidii }

239. Guajaci.

240. Hippocastani,

241. Laureolae..

Magellanicus (Vid. n. 257.)

242. Mahagonis, s. *Swieteniae.*

243. Mezerei (*a*).

244. Padi.

Peruvianus (Vid. n. 207.)

245. Pini (*cort. interior, et exterior.*)

246. Prini.

247. Quercus.

248. Rhamni cathartici, s. *Spinae cervinae* (*cort. medius.*)

249. Salicis.

250. Sambuci(*cort.interior.*)

251. Sassafras.

Spinae cervinae. (Vid. n.248.)

252. Suberis.

Swieteniae (V.n.242.)

253. Tamarisci.

254. Tiliae (*cort. medius.*)

255. Thymelaeae, Clus. s. *Gnidii* (*Ecorce de Garou* Gallor.)

256. Ulmi (*cort. interior ramor. et radicum.*)

257. Winteranus verus, s.

(*a*) Etiam radicis cortex cuti in variis morbis applicatur.

.. *Magellanicus cortex.* *Winteranus spurius*, Cartheus. (Vid. n. 201.) *Xylocassiae*. (Vid. n. 206.)

C. CORT. FRUCTUUM.

Cort. fructus

258. Aurantii (*cujus exterior pars* Flavedo Aurantii.)
259. Citri (*cujus exterior pars* Flavedo, *interior* Albedo Citri.)
260. Granati, s. *Malicorium*.
261. Juglandis (*cort. exterior viridis*.)

III. LIGNA et STIPITES.

A. LIGNA.

Lignum.

262. Agallochi veri, s. *Aloës*, s. *Calambac*, vel *Xyloaloës*.
Arboris vitae, Clus. (V. n. 286.)
263. Aspalathi.
264. Brasiliense rubrum, s. *Fernambuci* lign., *vel Pseudo-santalum rubrum*, Bauh. (vulg. *Brasiletto rosso*. { *α. di Spagna*. *β. di Olanda*.
265. . . luteum (vulg. *Brasiletto giallo*.)
266. Buxi.
Calambac (Vid. n. 262.)
Caleaturicum (Vid. n. 282.)
267. Campechénse.
Cedrinum, Ph. Paris. (Vid. n. 273.)
268. Coryli.
269. Cupressi.
270. Ebeni.

vulg. *Ebano.* { *α. maschio.* *β. femmina.*

Fernambuci(Vid. n. 264.)

271. Guajaci.

... *albi* (Vid. n. 277.)

272. Hederae arboreae.

273. Juniperi, s. lign. *Cedrinum*, Ph. Paris.

274. Lentisci.

Pseudo-santali citrini (Vid. n. 280.)

.. *rubri* Bauh. (V. n. 264.)

275. Quassiae.

276. Rhodium, s. *Rhodoxylon* (*rad.* potiss.)

277. Sanctum, s. *Guajaci albi* lign. Plenck ?

278. Santali albi, s. lign. *Sandalinum album.*

α. Rasura *ejusdem.*

279. . . . citrini.

280. . . . citr. spurii, vel *Pseudo-santali citrini.*

281. . . . lutei.

282. . . . rubri, s. lign. *Sandalinum rubrum*, vel *Caleaturicum* (*a*).

283. Sappan.

284. Sassafras (*b*).

285. Tamarisci.

286. Thujae, s. *Arboris vitae*, Clus.

287. Visci (*albi.*)

α. colurni, s. *corylini.*

β. tiliacei.

γ. saligni.

288. . . quercini (*c*).

289. Xylobalsamum.

Xyloaloës (Vid. n. 262.)

(*a*) Utque plura ligna rubra indica, quibus utuntur scriniarii in eorum tessellatis opificiis, in colore cum vero *Santalo rubro* conveniunt, et saepius ejusdem nomine perperam appellantur; idcirco ea in Museo colligere ad rem existimatum est, ut eorum comparatione verum *Santalum rubrum* internoscatur.

(b) Lignum trunci (quod frequentius in officinis) vilioris pretii est, minusque efficax, quam lignum radicis vel ramorum tenuium.

(c) Secrevi hoc lignum a superiori (287) juxta distinctionem a meo patre factam in memoria inscripta: *De plantis apud veteres Visci nomen habentibus*, usque ab anno 1811 in

C. *STIPITES.*

Stipites
290. Caprifolii.
291. Dulcamarae.
292. Fabae.

IV. HERBAE,

TURIONES, GEMMAE, FOLIA, SUMMITATES.

A. *HERBAE.*

Herba
293. Abrotani maris.
294. . . . foeminae, s. *Santolinae.*
295. Absynthii maritimi.
296. . . . . . pontici, s. *Absynthii romani.*
297. . . . . . vulgaris.
298. Acetosae hispanicae.
299. . . . . . rotundifoliae.
300. . . . . . vulgaris.

Regia scientiarum Academia lecta, in qua non modo plane ostendit *lignum viscum quercinum* non proficisci a *Visco albo* in quercu enascente, ad omnium de Materia medica scriptorum sententiam, cum nunquam in eadem fuisset repertum, sed a *Lorantho europaeo*, usque ab antiquis temporibus pro *Visco quercino* habito; verum etiam demonstravit lignum *Visci albi* adhibitum esse in medicina alio addito nomine, uti supra est relatum, illo nempe plantarum, in quibus vivere solet. Ideo, confusionis vitandae caussa in posterum, non abs re fuit arbitratus, Loranthi lignum *Visci quercini* nomine in officinis servari; ac illud Visci albi, solum *Visci* lignum dici. Juxta igitur expositam denominationem harum stirpium partes in hoc catalogo retuli.

301. Acetosellae, s. *Alleluiae.*
302. Achilleae.
303. Acmellae.
Aconiti (Vid.n.424.)
Adianti aurei (Vid.n. 600.)
. . . *rubri* (V.n.590.)
304. Agerati, s. *Eupatorii* Mesues.
305. Agrimoniae, s. *Eupatorii* veterum.
306. Alchimillae, s. *Alchemillae*, vel *Pedis leonis.*
Algae maritimae.
Allelujae (Vid.n.301.)
307. Alliariae.
308. Anagallidis.
309. Anethi.
310. Angelicae.
311. Anserinae, s. *Argentinae*, Ph.Ed. vel *Potentillae*, C. B.
312. Anthirrini.
313. Aparines.
314. Apii.
315. Aquilegiae.
Argentinae(V.n.311.)
316. Arnicae.
317 . . . spuriae, s. *Svedensis*, vel *Conizae mediae* herba.
318. Artemisiae albae.
319. . . . santonicae, s. *Santonica* herba.
320. Ari.
Atriplicis olidae, Ph. Lond.et Edinb.(Vid. n. 491.)
321. . . . . sativae.
322. . . . . sylvestris.
323. Auriculae muris, s. *Pilosellae majoris.*
324. Balsamitae maris, s. *Tanaceti hortensis*, Ph. Paris.
325. Bardanae, s. *Lappae majoris.*
326. Basilici.
327. Beccabungae.
328. Bellidis majoris, s. . . . . *pratensis.*
329. Betae.
330. Betonicae.
331. Boni-Henrici, s. *Lapathi unctuosi*, Pharm. Wirtenb.
332. Boraginis, vel *Borraginis*
333. Botryos Mexicanae, s. *Theae Mexicanae.*
334. . . . . vulgaris.
Brunellae vulgaris (V. n. 365.)
335. Buglossi.
Bugulae, Ph.Paris.(V. n. 364.)
336. Bursae pastoris.

337. Calaminthae, s. *Calaminth. montanae*, Ph. Edinb.
338. . . . agrestis, Ph. Edinb.
339. Calcitrapae.
340. Calendulae.
341. Camphoratae.
Capilli veneris (Vid. n.591.)
342. Caprifolii.
343. Cardaminae, s. *Nasturtii pratensis*.
344. Cardiacae.
345. Cardui Mariae.
346. . . . benedicti.
347. . . . tomentosi.
348. Centaurii minoris.
349. Centumnodiae.
350. Cerefolii.
Ceterach (Vid. n. 592.)
351. Chamaedryos.
352. Chamaepityos, *s. Ivae artheticae*.
353. Chamomillae vulgaris, s. *Chám. nostratis*.
354. . . . . romanae.
355. Chelidonii majoris.
356. . . . . . minoris.
357. Cichorei.
358. Cicutae aquaticae.
359. . . . . terrestris.
360. Cicutariae.
361. Cochleariae.
Confervae rivularis (Vid. n. 602.)
362. Conizae coeruleae.
. . *mediae*(V. n. 317)
363. Consolidae majoris.
364. . . . mediae, s. *Bugulae*, Ph. Paris.
365. . . . minoris, s. *Brunellae vulgaris*, vel *Prunellae*.
366. Convolvul imajoris albi.
Corallinae Corsicanae, s. *C. rubrae*(V. n. 603.)
367. Coreos.
368. Cotulae foetidae (herba *cum flor.*)
369. Cuscutae majoris, C. B.
370. . . . . minoris, C. B., s. *Epithymi* herba (si *Thymo* innascitur,)
371. Cymbalariae.
Daturae (Vid. n. 475.)
372. Dentillariae.
Diapensiae, Ph. Ed. (V. n. 461.)
373. Dracunculi hortensis.
374. Endiviae.
Epithymi (Vid. n. 370.)
Equiseti (Vid. n. 593.)
375. Eryngii
376. Erysimi.

377. Eupatorii cannabini *Avicennae.*
. . *Mesues* (V. n. 304).
. . *veterum* (V. n. 305).
378. Euphrasiae.
379. Fabae crassae, s. *Fabariae.*
Filicis maris (Vid. n. 595.)
380. Flammulae.
381. Foeniculi vulgaris.
382. Fragariae.
383. Fumariae.
384. Fung. melitensis (*planta integra*). (*a*).
385. Galegae, s. *Rutae caprariae.*
386. Galii albi (*cum floribus.*)
387. Genistae.
388. Gentianellae.
889. Geranii moschati.
390. . . . . Robertiani.
391. Gnaphalii maritimi, C. B. *Pin.*
392. Gratiolae.
393. Hederae terrestris.
394. Hepaticae albae.
. . *fontanae* (Vid. n. (601.
395. . . nobilis.
. . . *stellatae*(V. n. 414.)
396. Herniariae, s. *Millegranae majoris*, C. B.
Hydropiperis (Vid. n. 439.)
397. Hyoscyami, s. *Jusquiami.*
398. Hyperici.
399. Hyssopi.
Jaceae (Vid. n. 489.)
Ivae artheticae (Vid. n. 352.)
Junci odorati (Vid. n. 466.)
Jusquiami(Vid. n. 397.)
400. Lactucae sativae.
401. . . . . . sylvestris.
402. Lamii.
403. Lapathi acuti.
. . *unctuosi* (V. n. 331.)
Lappae majoris (Vid. n. 325.)
. . *minoris* (Vid. n. 492)
404. Levistici.
405. Linariae.
Linguae cervinae(Vid. n. 600.)
. . . . . . *serpentariae* (Vid. n. 597.)
406. Lini cathartici.
407. Lithospermi major. *Dod.*

(*a*) Fungi nomen immerito fert, quum vera planta sit, sed structura valde differens ab aliis. *Murr. Apparat. Med.*

Lycopodii (Vid. num. 595.)

Lysimachiae luteae(Vid. n. 429.)

408. . . . purpureae.

409. Majoranae.

410. Malvae vulgaris.

411. . . . sylvestris (*a*).

412. Mari veri.

413. Matricariae , s. *Parthenii minoris*.

414. Matrisylvae, s. *Hepaticae stellatae*.

415. Meliloti citrinae.

416. Melissae, s. *M. citrinae*.

417. . . . Canariensis.

418. . . . Turcicae

419. Menthae sylvestris.

420. Mercurialis.

421. Mesembryanthemi.

422. Millefolii.

Millegranae majoris , C.B. (Vid. n. 396.)

423. Morsus Diaboli.

424. Napelli, s. *Aconiti* Storckii.

425. Nasturtii aquatici.

426. . . . . hortensis.

427. . . . . indici.

. . . . *pratensis*(Vid. n. 343.)

428. Nepetae.

429. Nummulariae, s. *Lysimachiae luteae* (*b*).

430. Ononidis.

Ophioglossi (V.n.597.)

431. Oreoselini.

432. Origani cretici (rectius *spica*.)

433. . . . . nostratis , s. . . . . *vulgaris*.

434. Parietariae.

435. Paridis.

Parthenii minoris (Vid. n. 413.)

436. Pedicularis.

Pedis leonis (Vid. n. 306.)

437. Pentaphylli , s. *Quinquefolii majoris*, C.B.

438. Perfoliatae.

Plicariae (Vid.n.595.)

(*a*) Pro hisce Malvis Principatus Citerioris incolae *Malva Salvitellense* ac *Althaea sylvestre*, Brig. (*Stirpes rariores Regni Neapolitani*. *Pemptas prima*. *Neap*. 1816. pag. 2. tab. I, et pag. 10. tab. IV.) utuntur , quae sponte in ea regione occurrunt.

(*b*) Vulneraria est; raro autem in usum venit medicum.

439. Persicariae urentis, s. *Hydropiperis*.
440. Petroselini nostratis.
441. Phitolaccae.
Pilosellae majoris (Vid. n. 323.)
442. Pimpinellae albae.
443. . . . . nostratis.
444. Plantaginis latifoliae, s. . . . . *majoris*.
445. . . . minoris *veterum*.
446. Polii Cretici.
447. . . . . montani.
448. Polygalae amarae.
449. . . . vulgaris.
450. Portulacae.
Potentillae, C. B. (Vid. n. 311.)
451. Primulae veris.
Prunellae (Vid. n 365.)
452. Ptarmicae (*cum floribus*.)
453. Pulegii (*a*).
Pulmonariae arboreae (Vid. n. 611.)
454. . . . . maculatae.
455. Pulsatillae nigricantis.
456. Pyrolae.
Quercus marinae (Vid. n. 613.)
Quinquefolii, *majoris*, C. B. (Vid. num. 437.)
457. Ranunculi albi, s. *Sanguinariae* herba, veter. script. Rei rusticae.
Roccellae (Vid. num. 614.)
458. Rorismarini.
459. Rosae hierochunticae (*planta integra*.)
Rutae caprariae (Vid. n. 385.)
460. . . . . hortensis.
. . . . *murariae* (V. n. 598.)
461. Saniculae, s. *Diapensiae*, Ph. Ed.
Sanguinariae (Vid. n. 457.)
Santonica (Vid. num. 319.)
Santolinae (Vid. n. 294.)
462. Saponariae.
463. Saturejae.
464. Saxifragae albae.

(*a*) Sub nomine *Pulegii* apud nostros herbarios *Mentha hirsuta* est venalis. Ejusdem vero *Pulegii* aeque ac aliarum congenerum haec virtutibus pollet.

465. Scabiosae.
466. Schoenanti, s. *Junci odorati.*
Scolopendrii (V. n. 599)
467. Scordii.
468. Sedi minoris, s. . . *vermicularis*, Ph. Austr.
469. Senecionis.
470. Serpylli.
471. Solani nigri.
472. Soldanellae.
473. Sophiae chirurgorum.
474. Spigeliae (*cum radice.*)
475. Stramonii, s. *Daturae.*
476. Tanaceti.
. . *hortensis* Ph. Paris. (Vid. n. 324.)
477. Taraxaci.
478. Tertianariae.
479. Thymi hortensis.
480. . . . . cretici.
481. Trifolii bituminosi, *Dodon.*
482. . . . fibrini, s. . . . *paludosi*, Ph. Lond.
483. Ulmariae.
484. Urticae majoris.
485. Uvulariae.
486. Verbenae.
487. Veronicae.
488. Vincae pervincae.
489. Violae tricoloris, s. *Jaceae.*
490. Virgae aureae.
491. Vulvariae, s. *Atriplicis olidae*, Ph. Lond. et Ed.
492. Xanthii, s. *Lappae minoris.*

B. *TURIONES.*

Turiones

493. Abietis (potius *cymae.*)
494. Asparagi.
495. Lupuli.
496. Pini sylvestris.
497. Rusci.
498. Viticellae *vulg.*

C. *GEMMAE.*

Gemmae

499. Capparis.
500. Filicis maris.
501. Persicae.
502. Populi albae (*Oculi.*)

503. Populi nigrae.

504. Ribesii nigri.

D. *FOLIA.*

Folia

505. Acanthi, s. *Brancae ursinae.*

506. Acmellae.

507. Agerati.

508. Alkannae verae.

509. Alni.

510. Althaeae.

511. Alypi.

512. Aquifolii.

513. Arboris vitae.

Argèle (Vid. n. 567.)

514. Asari.

515. Aurantii.

516. Azedarach.

517. Barbareae.

518. Belladonnae.

519. Betulae.

Brancae ursinae (Vid. n. 505.)

520. Brassicae capitatae . . *α* . *albae.*

521. . . *β* . *rubrae.*

522. Buxi.

Cassis Gallorum (Vid. n. 554.)

523. Cataputiae majoris, s. *Ricini vulgaris*, vel *Palmae Christi.*

524. Chelidonii minoris.

525. Cynarae.

526. Dictamni cretici.

527. Digitalis purpureae.

528. . . . . luteae.

529. Ebuli.

530. Farfarae.

Ficus indicae (Vid. n. 547.)

531. Flammulae Jovis.

Foleum, s. *Folium Indum.* (Vid. n. 539)

532. Fraxini.

Gallitrichi (Vid. n. 560.)

533. Hederae arboreae.

534. Hellebori foetidi.

Hormini sativi, Ph. Ed. (Vid. n. 560.)

535. Hyoscyami albi.

536. Juniperi.

537. Lauri.

538. Lauro-cerasi

539. Malabathri, s. *Foleum*, vel *Folium Indum.*

540. Marrubii albi.

541. Melissophylli.

542. Menthae crispae.

543. . . . . *piperitae.*
544. Mori nigrae (*a*).
545. Myrti.
546. Nicotianae, s *Peti*, vel *Tabaci.*
547. Opuntiae, s. *Ficus indicae.*
Palmae Christi (Vid. n. 523.)
548. Papaveris albi.
549. Persicae.
Peti (Vid. n. 546.)
550. Quercus.
551. . . . maritimae.
552. Ranunculi palustris.
553. . . . pratensis.
Ricini vulgaris (Vid. n. 523.)
554. Ribesii nigri, s. *Cassis* Gallor.
555. Rubi Idaei.
556. Sabinae.
557. Salicis.
558. Salviae.
559. Sambuci.
560. Sclareae, s. *Gallitrichi*, vel *Hormini sativi*, Ph. Ed.
561. Scrophulariae aquaticae.
562. . . . . foetidae, s. . . . . *vulgaris.*
563. Sempervivi tectorum, s. *Sedi majoris*, Germ.
564. Sennae Alexandrinae.
α. Comminuta (vulg. *Foglie di Sena minute*.)
β. integra cum stipitibus (vulg. *Foglie di Sena grandi con stipiti.*)
γ. sine stipitibus (vulg. *Foglie di Sena sbattute.*)
565. . . . . Italicae.
566. . . . . nostratis (*Deutsche Senne* Germ.)
567. . . . . spuriae, s. *Argèle.*
568. Spinaciae.
569. Sumach.
Tabaci (Vid. n. 546.)
570. Tamarisci.
Theae Boheae.
. . . . *Mexicanae.*
(Vid. n. 333.)

(*a*) Haec folia in pulverem redacta, et interne usurpata, adversus febres intermittentes maxime a quibusdam laudantur. Conf. *Saggio di prescrizioni mediche*, ec. (*del Cav.* Ant. Sementini) Nap. 1813. pag. 62.

571. Theae viridis. (*a*).
572. Tiliae.
573. Uvae ursi.
574. Verbasci.
575. Vitalbae.
576. Vitis idaeae.
577. . . . viniferae (*pampini*).

E. SUMMITATES.

Summitates
578. Absynthii maritimi.
579. Anethi.
580. Artemisiae.
581. Centaurii minoris.
582. Galii lutei.
583. Hyssopi (*b*).
584. Mari veri.
585. Polii Cretici.
586. . . . . montani.
587. Rubi spinosi, s. . . . *vulgaris*.
588. Trifolii bituminosi, *Dodon*. (*c*).

(*a*) Eadem tenella, nec plane expansa *Theam Caesaream*, vel *Florem Theae* constituunt.

(*b*) A pharmacopolis pro Hyssopo *Satureja graeca* habetur, et in medicis praescriptionibus eadem stirps usurpatur.

(*c*) A nostratibus haec planta sub nomine *Erba Fasolara* distinguitur; et in affectionibus rheumaticis gulae, gingivarum, aliarumque oris partium sub gargarismatis, aut ablutionis forma utiliter adhibetur. Ruriculae, qui locis paludosis inhabitant, etiam pro hoc scopo foliis hujuscemodi stirpis siccatis instar Tabaci fumi haustis utuntur.

V. PLANTAE CRYPTOGAMICAE,

Quarum etiam radices, frondes, etc. in nostris prostant officinis.

A. FILICES.

Adiantum album (Vid. n. 598.)
589. . . nigrum.
590. . . rubrum, s. *Trichomanes.*
Calaguala s. *Calaguella* (Vid. n. 41.)
591. Capillus veneris.
592. Ceterach.
593. Equisetum.
594. Filix mas.
595. Lycopodium, s. *Muscus clavatus*, vel *Plicaria.*
596. Muscus erectus.
597. Ophioglossum, s. *Lingua serpentaria.*
Osmunda (Vid. n. 120.)
Polypodium quercinum (Vid. n. 137.)
598. Ruta muraria, s. *Adiantum album*, Ph. Wirtenb.
599. Scolopendrium, s. *Lingua cervina.*
Trichomanes (V. n. 590)

B. MUSCI

frondosi et hepatici.

600. Adiantum aureum, s. *Polytrichum commune.*
601. Hepatica fontana, s. *Marchantia polymorpha*, Linn.

C. ALGAE

terrestres et aquaticae.

602. Conferva rivilaris. *Fucus natans*, Linn. (Vid. n. 616.)
603. Helminthochorton, s. *Corallina corsicana*, vel *C. rubra.*

604. Lichen Islandicus, s. Muscus *Islandicus*.
605. . . candelarius, *Linn.*
. . *cinereus terrestris*. (Vid. n. 609.)
606. . . furfuraceus.
607. . . parietinus.
608. . . rangiferinus.
609. . . caninus, s. *Lichen cinereus terrestris*, Ph.Edinb. et Lond.
. . *cranii humani* (Vid. n. 615.)
610. . . cumatilis.
. . *Islandicus* (Vid. n. 604.)
611. . . pulmonarius quercinus, s. *Pulmonaria arborea*.
612. . . pyxidatus.
613. Quercus marina.
614. Roccella.
615. Usnea, s. *Muscus cranii humani*.
616. Uva marina, *vulg.* s. *Fucus natans*, Linn.

D. *FUNGI*.

617. Agaricus albus.
618. . . quercinus, *Linn.* (*Daedalea quercina*, Pers.) (*a*).
619. . . Chirurgorum, s. *Agar. quernus*.
620. Amanita muscaria, *Pers.*
621. Auricula Judae, s. *Fung. sambucinus*. F.
622. Boletus cervinus.
623. Bovista, s. *Crepitus lupi*.
Fungus Bedeguar (V. n. 982.)
. . *Melitensis* (Vid. n. 384. et adnot. *a*.)
624. . . Lyncurius. F. (*b*).
625. . . Salicis. F.

(*a*) Leg. C. Bauh. Pin., pag. 372. col. 2. n. IV., et *Vinc. Briganti de Fungis rarioribus Regni Neapolitani Histor. Specim. III*. Atti della R. Accademia delle scienze di Napoli. Vol. III. ined.

(*b*) Vid. *Marci Aurel. Severini ad Mich. Rupertum Beslerum Epist. de Lapide Fungifero*. Extat in *Baptistae Fierae Coena*. Patav. 1649. pag. 167.

Fung. sambucinus (Vid. n. 621.)

626. Tuber. F.

Var. *α.* nigra.

β. primo subalbida, dein cinereo-fuscescens.

γ. nigro-subviolacea.

δ. subcinerea, alliacea (*a*).

VI. FULCRA, EORUMQUE DIFFERENTIAE.

Pedunculi

627. Caryophylli aromat. (*b*)

628. Cerasorum.

Lana

629. Gossypii (*Bombax*).

630. Verbasci.

Tomentum

631. Artemisiae (*Moxa* Japon. et Sinensium.)

632. Echinop. (*Moxa* Hisp.)

Setae

633. Siliquae hirsutae (*c*).

(*a*) Praeter hos fungos medicinae usui inservientes, complures alii, etiam cera ad naturam efficti, in dicto Museo asservantur, quorum autopsia studiosus quales innoxios, quales perniciosos discere potest; cum hoc ordine, et propriis nominibus insigniti juxta Persoonium (*Synop. Method. Fung.*) dispositi sint. Unicum certum criterium est exacta fungorum venenatorum notitia botanica.

